


AN. XVI. - N. 97

MM. FEBRUARIO ET MARTIO

AN. D. MCMXLVI



# PALAESTRA LATINA

## SUMMARIUM

Exercitationes Scholares, Martialis Epigrammata,	TOLRÁ MARTIN
De mensuris ponderibusque In Provinciam Catalauniensem,	LURZ-MIR MARTIJA
Minerva,	GIRAL
Nova et Vetera,	MIR
De Epigrammate Ptolemaei astronomi,	ORTH
Epistolia soluta.	
Comentario al c. VI de la Ilíada,	RUIZ
Calcei Novi.	PASQUETTI
Bibliographia,	TRISTANIUS
Varia ex commentariis,	MIR
Compositiones vertendae,	TRISTANIUS
Curiosa et Jocosa,	CANALS

Ordinarii et Superiorum permissu

## Exercitationes Scholares

HORAT. *Carm. 1, 34.*

Parcus deorum cultor et infrequens,  
insanientis dum sapientiae  
consultus erro, nunc retrorsum  
vela dare, atque iterare cursus  
cogor reliquos; namque Diespiter,  
igni corusco nubila dividens  
plerumque, per purum tonantes  
egit equos volucremque currum;  
quo bruta tellus et vaga flumina,  
quo Styx et invisi horrida Taenari  
sedes, Atlanteusque finis  
concutitur. Valet ima summis  
mutare et insignem attenuat Deus,  
obscura promens: hinc apicem rapax  
fortuna cum stridore acuto  
susultit; hic posuisse gaudet.

*De errores imbuido,  
Poco devoto de los dioses era;  
Mas, ahora, compungido  
De mi actitud primera,  
Las velas pliego en mi veloz carrera.*

*Que Júpiter, airado,  
Las nubes con su rayo vi rasgaba,  
Y con su carro alado  
El Ténaro agitaba  
Y del Atlas la cúspide asolaba.*

*Lo suntuoso abate;  
Lo ínfimo y bajo a dignidad suprema  
Dios sube; del magnate  
Arranca la diadema  
Y la pone al humilde que le tema.*

*(Versión de un alumno del Colegio Teresiano  
de los PP. Carmelitas Descalzos de Calahorra)*

## Martialis Epigrammata

2, 38.

Quid mihi reddit ager quaeris, Line, Nomentanus?

Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

*¿Sabes lo qué me produce — el campo que me compré?*

*Pues que viviendo en él siempre — ya nunca más te veré.*

JACOBUS TOLRÁ  
*VIC. alumnus in Collegio C. Mariae - Barcinone*

1, 47.

Nuper erat medicus, nunc est vispillo Diaulus:  
quod vispillo facit, fecerat et medicus.

*Antes era médico — hoy enterrador;  
siempre hizo lo mismo — el buen Nicanor.*

JESÚS MARTÍN  
*VIC. alumnus in Collegio C. Mariae - Barcinone*

# PALAEASTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 104

## De mensuris ponderibusque

Quanta sit priorum mensurarum ponderumque varietas, neminem fugit. Quae varietas hodie quoque haud plane sublata est, magis magisque autem in usum venit sistema decimale sive metricum, in scientificis pervestigationibus hoc sistema principatum obtinere inter omnes constat. Francogalicum nonnumquam appellatur, quod Francogalli de eo praeter omnes meriti sunt idque primi lege sanxerunt anno 1799.

Systematis decimalis sive metri fundamentum est metrum, Graece μέτρον, i. e. decem milies millesima pars meridiani terrestris quadrantis sive distantiae poli a linea aequatoriali. Quae pars proprio sensu appellata est metrum ut cardinalis sive principalis mensura linearis.

Unitates metri superiores Graece nominari solent: 10 m. = decametrum, 100 m. = hecatometrum (sive hecatommētrum), 1000 m. = chiliometrum, 10.000 m. = myriometrum. Dico hecatometrum et chiliometrum, non hectometrum nec chilometrum aut kilometrum, quas formas passim in usu esse non ignoro. Cur non redamus, si fieri potest, ad incorruptas Graecas vocum formas? Accedit, quod hectometrum recte ac proprie non significat centum metra, sed sextam metri partem.

Metri subdivisiones sunt decimetrū, centimetrū, millimetrum (occurrit quoque micromillimetrum = millesima pars millimetri). Quae vocabula civitatem Latinam adepta sunt; itaque probatione supersedere licet, etsi negari non potest Graecos rectius magisque dicere δεκατόμετρον, ἑκατοστόμετρον, χιλιοστόμετρον. De quadratis quoque cubicisque mensuris linearibus non est, cur amplius disseramus; nil enim nisi «quadratum» aut «cubicum» addendum est singulis mensuris linearibus, v. g. metrum quadratum = qm ( $m^2$ ), metrum cubicum = cbm ( $m^3$ ). In metiendis agris silvisque mensurae usitatae sunt decametrum quadratum sive area (Fr. are, Germ. Ar, Hisp. area, It. ara) et hecatometrum quadratum (= 100 areae = 10.000 metra quadrata). Geographica mensura normalis est quadratum chiliometrum = 1.000.000 metra quadrata.

Etiam liquidorum ponderumque mensuras referendas esse ad systema metricum constat. Liquidorum mensura solita est litra (nec litrum rejiciendum est) = decimetrū cubicū sive millesima pars metri cubici. Vox Graeca λίτρα primo loco sig-

nificat nummum quendam, secundo pondus. In mediae aetatis Latinitate vox litra adhibebatur ut mensura liquidorum. Quis novit causam? Habent sua fata vocabula. Hodierni Graeci dicunt λίτρα, admittunt autem λίτρον, quae forma regulariter usurpatur in compositionibus, v. g. ἑκατόλιτρον (sive ἑκατόλιτρον sive ἑκατοντάλιτρον = 100 λίτραι). Ergo hl = 100 litrae = hecatolitrum (Fr. hectolitre, Germ. Hektoliter, Hisp. hectólitro, It. ettòlitro).

In constituendo pondere alicujus rei mensura solita est chiliogrammum. De industria propono chiliogrammum, non chilogramma aut kilogramma. Me non fugit antiquos Graecos dixisse γράμμα, - ατος hodierni autem Graeci χιλιόγραμμα, non χιλιόγραμμα, et pro millesima parte non γράμμα, sed γράμμων sive γραμμάριον dicunt, admittunt igitur formam apud antiquos Graecos inusitatam γράμμων praeter γραμμάριον, vocem deminutivam, quae jam antiquitus occurrit. Num nos Graeciores erimus Graecis? Ergo Latine grammum et chiliogrammum. An quis preeferat grammarium et chiliogrammarium? Cetera ut supra: milligrammum, centigrammum, decigrammum, decagrammum, hecatogrammum; hecatochiliogrammum = centum chiliogramma; chiliochiliogrammum = mille chiliogramma; pro mille chiliogrammis occurrit quoque vox tonna, ae.

Etiam ad electricas mensuras pertinere systema metricum quis nescit? Fundamentales enim unitates et electrostaticae et electromagneticae habentur centimetrum (aut metrum) ut mensura longitudinis et grammum (aut chiliogrammum) ut mensura massae; accedit «secunda» (aut hora) ut mensura temporis. In praxi aliae nobis occurunt mensurae, quibus memoria colitur virorum de hac doctrina egregie meritorum. Nomina velut Ampère, Ohm, Faraday, Volta, Wat in electricitatis terminologia internationali adhibentur aut sine terminatione ut indeclinabilia aut cum aliqua terminatione. Graeci usurpant terminationem τΩ, v. g. ἀμπέριον, βόλτιον, ούάτιον. Hispani quoque dicunt amperio, miliamperio, amperio-hora, faradio, ohmio, voltio, voltamperio, vatio, kilovatio-hora. Quae dicendi ratio Latine quoque ex re esse mihi videtur. Ergo: milliamperium (= millesima pars amperi), amperium, faradium, ohmum, resistentia ohmica, voltum, voltiometrum, voltioamperium, chiliovoltum, wattum, chiliowattum, chiliowattiohora.

Ad metiendas ampliores energias machinales illustris ille James Wat induxit novam mensuram, quam Angli initialibus litteris breviter designant H. P. sive HP = horsepower, Francogalli Ch. V. = cheval-vapeur, Germani P. S. sive PS = Pferdestärke (sive Pferdekaft); Hispani dicunt «caballo de fuerza»; Itali «cavalo vapore, forza di cavallo». Latine in nescio qua dissertatione inveni «equum vaporalem», quae vox minus facile intellegi posse mihi videtur. Propono «vis equina». In praxi valet I vis equina = 75 secundochiliogrammometra.

Supra adhibui vocabulum «secunda» ut mensuram temporis. Restat igitur, ut pauca dicam de horae partium denominatione, etsi non pertinet ad systema metricum.

In Claudi Ptolemaei systemate sexagesimali μοῖρα nominatur trecentesima sexagesima pars circuli; pro μοῖρα Latini usurpant nomina «pars» et «gradus» (temporum decursu non pars, sed gradus ut t. t. mathematicus principatum obtinuit).

Μοίραι vel partes bis subdividuntur in sexagenas partes minutae primas [Hisp. «minutos»], et trecenas sexagenas partes minutae secundas [Hisp. «segundos»]. «Pars minuta prima» est interpretatio Latina vocis Graecae ( $\pi\rho\omega\tauον$ ) λεπτόν, «pars minuta secunda» vocis δευτερολεπτον. Itali hodie quoque dicunt «minuto (primo)» et «minuto secondo». Magis magisque autem labentibus saeculis in usum venerunt idque non solum pro circuli vel anguli, sed etiam pro horae partibus formae breviate, velut apud Anglos «minute» et «second», apud Hispanos «minuto» et «segundo». Germani formam vocis primariam secuti dicunt (*die Minute, die Sekunde*), Franco-galli quoque usurpant «minute» et «seconde» ut substantiva generis feminini. Quae cum ita sint, non dubitandum esse putaverim, quin Latine quoque sexagesima minutae pars «secunda» sine ullo additamento. Punctum temporis, momentum temporis, momentum secundum, secundum temporis aliaque, quae hic et illic occurunt, nonne minus probanda esse videntur?

Et hic iterare mihi liceat: Utinam habeamus senatum, dubiarum rerum arbitrum!

DR. G. LURZ, *Monacensis*

Hanc Clmi. Dris. Georgii Lurz scriptionem<sup>1</sup> libenter edimus — quibusdam ex-punctis typographorum mendis —, eique paucis respondemus.

Rectissime admonet Dr. Lurz praefixum *hecto* proprie *sex*, non vero *centum* significare. Quod et noster R. Mendizábal S. J. aperte monet.<sup>2</sup> Sed quia vox apud omnes fere gentes admittitur, forsitan eam tolerari oporteat, idemque de *chiliogrammo* dicendum, quam formam certe probamus eamque adhibendam hortaremur si nos primi in lucem edidissemus. Nunc autem linguarum academiae, viri docti populusque, sapientium credet argumentis? *Chiliogrammum* probarem nec *chiliogrammum* rejicerem.

Loco autem vocis *chiliochiliogrammum* — quam minus aptam ac fere horridam dixerim —, aut *mille chil(i)ogramma* aut forte *millepondium* dicerem; forsitan et *tunna seu tonna* adhiberi liceat.<sup>3</sup>

Investigari praeterea oportet utrum nova littera *w* in elementis Latinis inducenda sit. Pro *chi iowattiora* proponerem *chil(i)ovattium hora* ita ut duae voces sejunctae scribantur; obsona enim a Romanis sunt composita tribus confecta verbis; sic dicerem «singulis diebus *chil(i)ovattium hora* consumpsi», in «*chil(i)ovattio hora* mille wattia continentur»; vocem autem illam *secundochiliogrammometra* vertem in *mille grammometra in secundo*.

SCRIPTOR LATINUS<sup>4</sup> — commentarius qui olim Francofurti edebatur — pro «caballo de vapor» *vim equinam* quoque scripserat, idque optime; *equum* tamen *vaporalem* — quem Cognasso<sup>5</sup> profert non prorsus arbitror impugnandum; nam *vis*

1. Cfr. *Per lo studio et l'uso del latino*. 1942, p. 82. — 2. Cfr. *Manual de la L. Gr., Dicc. mnemónico*. — 3. Apud SCRIPTOREM LATINUM legeram «amphoram» et in GEORGES, *Deutsch - Lat. Wörterbuch*; cfr. etiam DU CANE; in PALAESTRA L. 1, 7. 105, *centipondium*; de *tunna, tonna* cfr. DU CANE et *Vocabulario etimol. della l. italiana* O. PIANIGIANI. — 4. a- 1910, n. 3, p. 34. — 5. *Il latino per l'uso moderno, sub voce cavallo*.

*equina* respondet «caballo de fuerza» (==«f. de caballo») et *equus vaporalis* respondet «caballo de vapor»; neque vox *vaporalis* rejicienda videtur.

*Minutam, secundam* (partem) pro *minuto*, *segundo* P. I. González C. M. F. in *PALAEstra*<sup>6</sup> nostra adhibuit, quas tecum voces libenter admittimus, quin tamen respuendam censeamus, quae jam pridem usurpata est et in *Breviariis Romanis* sub indice «de anno et ejus partibus» saepe numero legitur, *minutum* in genere neutro; ex quo profecto *secundum* effici eadem ratione potest.

Haec erant quae Clmo. Dri. Monacensi rescriberem.

Jos. M.<sup>a</sup> MIR, C. M. F.

## *In Provinciam Catalauniensem*

*Quinquagesimo exeunte anno ex quo condita est Provincia Catalaunica  
Filiorum Iti. Cordis Beatae Mariae Virginis. (1895-1945)*

(*Distichon Gratulatorium*)

*Insignis meritis, salve Provincia Mater,  
Lustrorum vitae tempus adepta decem.  
Purpurea tunica, quam non foedavit iniquus  
Turbo, sed tinxit sanguine martyrii,  
Incedis regina, virûm circumdata turma  
Progenies Claret parta labore tuo.  
Fulget apostolicis tua frons virtutibus, amplius  
Sanctorumque chorus nomen in astra levat.  
Scriptorum delecta cohors comitatur euntem,  
Doctorum coetus sternit in orbe vias.  
Ex te radices umbrosaque brachia pandit  
Claretiana arbor, fructibus aucta tuis.  
Praesulis exuvias tectumque tueris amanter;  
In te primaevae traditionis honor.  
Quas tibi nunc possim dignas persolvere grates?  
Tu mihi dux vitae, tu veneranda Paren.  
Tu mihi Virginei reserasti limina Cordis,  
Gaudia virtutis deliciasque Dei...  
Perge viam semper victrix, Provincia Mater,  
Atque tibi geniti laurea serta ferant:  
Inmortale decus, quod non manus invida laedet  
Temporis, historiae splendida lustra tuae.*

H. MARTIJA, C. M. F.

*Caesaraugustae, mense Dec. 1945.*

6. a. 1930, n. 5, p. 75.

# M I N E R V A

Minerva et Pallas dicitur, Graece vero Ἀθηνᾶ. Sunt qui velint eam dici quasi *meminervam* ut sit a *memini*, unde illam non nulli appellant *memoriam*. Alii illud verbum a *moneo* deducunt atque Minervam pro ipsa *sapientia* ponunt; sed rectius cum radice \**men-* conjungitur.<sup>1</sup>

Antiquitus ferebatur Minerva apparuisse adulta ac virginali aetate ad lacum qui Tritonis dicitur, unde eam veteres Tritoniam appellant. Attamen poësis et fabula de capite Jovis Minervam prodiise refert. Juppiter vehementibus capitis doloribus affectus poposcit a Vulcano ut sibi caput obtunderet, quod uno mallei ictu fecit. Minerva tunc exsiluit aetate adulta, galea armata et scuto et hasta, aeneumque crispans jaculum vociferansque victrix. Inde est cur Minerva habita sit tanquam ipsa *sapientia*, quae *sapientibus* præsedit, omniumque sit artium inventrix, atque Prudentia Tonantis, Ingenium mundi dicatur.

Olympus, deorum coetus, sereno aspectu oculisque deae splendidibus, obstupuerunt. Illico in deorum numero relata est, indeque ex Jovis consiliariis fidissima ejusque in imperio socia habita est.

Gigantum bello cum hi scalarum ope in Olympum irrumpere vellent, Jovi præsidio illa fuit, cumque, Titanes in Tartarum dejiciens, omnibus fortitudine præstitisset, sibi «Deae bellī» nomen devinxit. Herculi in hydra Lernensi interficienda opem tulit, Cadmo in Thebis condendis, Graecis in bello Trojano atque Thebano. Certamen quoque habuit cum Neptuno de nomine capiti totius Graeciae imponendo. Duodecim præcipui dii congregati decreverunt ut ille nomen suum daret civitati qui utiliorem rem produceret.

Neptunus uno tridentis ictu equum, bellī symbolum, e terra excitavit; Minerva vero oleam, pacis symbolum, creavit, quo Neptunum superavit: ideo nomine deae civitas nuncupata est *Athenae*.

Demum armis suam virginitatem contra Vulcanum defendit; hac igitur semper redemitur aureola.

Plurima autem invenisse dicitur: oleam, arma, navigia, quadrigas, musicam, picturam, artem textoriam, paucis, omnes artes quae ingenium repetunt et solerteriam.

In pluribus regionibus culta est Minerva: in Thesalia, in Dacia, in Graecia Athenisque in primis, in Asia, in Hispania, in Italia Romae<sup>2</sup> præsertim, ubi magnifica habebat templū.

In Minervae natali sacrificia celebrabantur, ei vacca maestabatur, atque sacra erant olea, pacis signum, septenarius numerus virginī dicatus, atque noctua, sapientiae signum, quia et in tenebris lucet.


Minerva modo pacifica, modo bellica ostenditur. Quapropter depingebatur vel loricā induta, gladio armata, grande ferens scutum vel capite oliva coronato cum splendidis oculis atque triplici colore pallium gestans. In nummis vero alio atque alio modo repreäsentatur.

JOSEPHUS M. GIRAL, C. M. F.

<sup>1</sup> Cfr. FORCELLINI-PERIN, *Onomasticon*, et ERNOUT-MEILLET, *Dict. Etymol.*

<sup>2</sup> Partbenon templū celeberrimum fuit. Athenis in arce Minervae sacratum, quam Graeci virginem, παρθένον, appellabant. Jussu Periclis ab Ictino et Callicrate circa. a. 417 a. Ch. n. exstructum fuit. In sacrario colebatur statua deae ex auro et ebore quae Phidiae opus insigne fuit. Saeculo V post Christum Virginis Deiparae est consecratum.

# NOVA ET VETERA



PICTURA 9.<sup>ª</sup>      SCAENA I.<sup>ª</sup>      VICUS HIBERNO TEMPORE

1.—Ineuntis anni feriis, patrem Novam Villam comitatus sum, parvum vicum, ubi aliqua negotia ageret.

2.—Publicam raedam <sup>ii</sup> arripuimus quae cursum peragit inter urbem et vicum; sed cum hiems plurimum saeviret, ex eo itinere, in curru parum commodo, nullam voluptatem perceperimus.

3.—Voluptate ideo perfusi sumus cum rector in area ante deversorium *Ursi Albi*<sup>2</sup> vehiculum continuit; caupo <sup>4</sup> in domus limine placidus nos opperiebatur,

fumum ex siphunculo fumatorio hauriens. Ut ingredemur invitavit, nec diu cunctatus sum ut ante sarmentorum ignem, qui in foco crepitabat, insiderem. Tunc vehementem aquilonem non curabam, qui vetulum signum<sup>3</sup> stridere faciebat atque nigro turbine fumum,<sup>1</sup> qui ex camino exibat, abripiebat.

4.—Hora jentandi aderat ac, nulla interposita mora, magna comitate simplicem sed solidum cibum, qui appositus est, sumpsimus.

5.—Post jentaculum patrem, securitatis tutorem, ad consociatos comitatus sum. Primum, jumentarium ferrarium<sup>5</sup> vidimus, qui juxta cauponam habitat; equum solei induebat. Comitis vim demiratus sum, qui firmiter in cinctu coriaceo equi ungulam tenebat, dum pluribus mallei iugibus ferrum<sup>6</sup> ferrarius infigebat.

6.—Deinde ad bonum Jacobum, vici sutorum,<sup>7</sup> convenimus, qui quamvis magnificentum peronem signi gratia exhiberet, binos tamen calceos vetulos pertusosque nova cute sarcire, satis habebat. Bonus ille vir subridens: «in urbe, inquit, sutor eram, nec clientelam habebam; hic autem veteramentarius sum et suppetit opera».

7.—De vicino tonsore<sup>8</sup> loquitur, quem omnes accedentes moleste ferunt. Ejus novaculae acies semper habebat atque forfices nunquam praecidunt. Sed cum solus sit in vico capillorum concinnator necesse est ut omnium barbam radat atque capillos tondeat. Ceterum avarus est homo atque inamabilis.

8.—Forte fortuna non omnes incolae huic similes sunt; plaustrarius<sup>9</sup> nempe probus est vir, industrius, officiosus. Currum ei tradere reficiendum delectationem habet; ejus labor semper accuratus est.

9.—Nec de ephippiario<sup>10</sup> queritur noster Jacobus, quem saepe adjuvat, cum opera urget, in consuendis equestribus ornamenti. —Pater de familia interrogavit. —«Omnes belle se habent; neptis est in schola». <sup>11</sup> Magistra<sup>12</sup> eam amat; optima est [enim] discipula. <sup>14</sup> Longe aliter est filius meus qui nihil, nisi ludum cogitat. Magister<sup>15</sup> nihil eum docere potest.

10.—Deinde bonus ille vir nuntia de vico narravit. Nova struenda erat schola, nam, quae in curia, per exigua erat. Quod ceterum erat facillimum, pars enim horti pistoris tantum emenda erat. Idque illi homuncioni gratissimum erit. Post frigora molae pistrini<sup>16</sup> triticum conterere non possunt, cum rota<sup>17</sup> in rivuli<sup>23</sup> glacie<sup>25</sup> adhaereat.

11.—Sed, agamus de aedificatione. Vidi sine novam ecclesiam?<sup>18</sup> Vivida sub niveo pallio appetet. Corvi<sup>19</sup>, qui vetus campanarium non recognoscunt, maerentes in alta coemeterii<sup>20</sup> arbore consistunt.

12.—Hic de coemeterio sermo sutori eorum memoriam revocavit quos pater neverat atque superiore anno de vita decederant. Quot tumuli,<sup>21</sup> bone vir, aliis additi sunt sub cupressibus<sup>22</sup> Mors senem libellionem oppressit. Omnes vici incolae funeri aderant.

13.—En eius successor super rivum calceis ferreis decurrens. Modo accessit ut corrigiam calcei labilis<sup>26</sup> pertusam resarcirem.

14.—In fluminis ripa custodem silvestrem<sup>27</sup> etiam vides. Vigil militaris fuerat

atque vici nebulonibus timorem infert; cum ejus ocreas<sup>39</sup> atque galericulum<sup>40</sup> prospiciunt, [omnes] diffugiunt.

15. — En vero dominum Josephum, qui ad pistorem lignorum vehem<sup>41</sup> asportat; ejus bijuges mulas<sup>42</sup> profecto novi. Eum alloqui cupio, hanc occasionem arripiam. Te utinam mox revisam, bone Jacobe.

16. — Tunc cum exiremus, pueri ab schola discedebant atque in glaciem consistentem<sup>43</sup> currentes prolabebantur magno quidem decidendi periculo atque in casu<sup>44</sup> aliquod membrum frangendi. Ex iis quidam traham e domo plaustrarii sumpsit, comitem insidere jussit atque procurrens se proripuit.

17. — Alii in globum niveum,<sup>45</sup> juxta pontem,<sup>46</sup> occurrerunt, atque pupulum,<sup>47</sup> e nive pridie confictum, incesserunt, quem vetusto petaso, siphunculo fumatorio, capsaque scholastica instruxerant transversa.

18. — Nihil de gelido vento ac frigore curabant. Plerique neque amiculum<sup>48</sup> deferebant atque ad frigus depellendum, confecta pugna cum globulis nivis,<sup>49</sup> eis satis erat castanearum<sup>50</sup> quantum manus capit emere, quas a bona Joachima venditrice calentes emerunt, quae, sub veterissimo tegillo,<sup>51</sup> eoque tenuissimo, frigore contrahit.

## VOCABULARIUM

- 11 *raeda publica, diligencia, diligence.*  
percipere nullam voluptatem, *no tener nada agradable.*  
nec diu cunctatus sum, *ni me bice rogar mucho.*  
magna comitate sumere cibum, *hacer los honores a la comida.*  
+ *securitatis tutor, agente de seguros, agent d'assurances.*  
consociatus, i, accedens, ntis, m., *cliente, parroquiano, client.*  
jumentarius ferrarius, *berrador, maréchal ferrant.*  
+ bonus Jacobus, *el tío Jacobo, le père Jacob.*  
+ nova cute sarcire, *poner medias suelas, ressemeler.*  
sutor veteramentarius, *zapatero remendón, sauvier.*  
novaculae acies hebetat, *está mellada la navaja.*  
capillorum concinnator, *peluquero, perruquier.*  
delectationem habet, *dar gusto, c'est un plaisir.*  
10 ephippiarius, ii, m., *guarnicionero, sellier.*  
ornamenta equestria, *arneses, guarniciones, harnais.*  
+ curia, ae, *alcaldía, mairie.*  
pistor, oris, m., *molinero, meunier.*  
homuncio, onis, m., *pobre hombre, pauvre homme.*
- pistrinum, i, m., *molino, moulin.*  
vividus 3, *pintoresco, pittoresque.*  
libellio, tabellio, onis, m., *notario, notaire.*  
+ calceis ferreis [labilibus] decurrere, [<sup>52</sup>\*patinare], *patinar, patiner.*  
+ calceus ferreus [labilis], solea f., <sup>53</sup>\*patinum, i, n., *patín, patin.*  
vigil (cuostos) militaris, *guardia civil, gendarme.*  
nebulo, onis, m., *piliuello, golfillo, polisson.*  
ocreæ, ae, *polaina, guêtre.*  
galericulum, <sup>54</sup>\*kepisum, ii, n., *kepis, képi.*  
vehes, is, f., *carretada, charrette.*  
bijuges mulæ, *pareja de mulas, attelage de mules.*  
te utinam mox revisam (vale), *bastla la vista, au revoir.*
- + glacies consistens, *resbaladero, glisse.*  
+ traha, ae, *trineo, traîneau.*
- 39 pupulus, i, m., *muñeco, bonhomme.*  
incessere (impingere), *bombardear, bombarder.*  
capsa scholastica, *cartera, sac d'école.*  
transversus 3, *en bandolera, en bandoulière.*
- 35 amiculum, i, n., *bufanda, cache-nez.*  
quantum manus capit, *un puñado.*  
tegillum, i, n., *mantón, châle.*

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

## De Epigrammate Ptolemaei astronomi

Claudius Ptolemaeus celeberrimus ille astronomus Aegyptiacus idemque philosophus Peripateticus epigramma de semetipso scitissimum fecit, quod Graece his libris traditur:

1. In Epigrammatum Anthologia Palatina IX 577, vol. II pg. 118 (*Didot.*)
2. In libro Ptolemaei qui inscribitur «syntaxis mathematica» ed. J. L. Heiberg I, 1 (Lipsiae, 1898) pg. 4 adn. 5 (*Teubneriana*).
3. In eodem libro Germanice a Carolo Manitius translato: «Des Claudius Ptolemaeus Handbuch der Astronomie» I (Lipsiae, 1912) XXX (*Teubneriana*).
4. In ephemeride quae dicitur «Sokrates» vol. 47 (Berolini, 1921) 5, ubi Franciscus Boll multa de hoc epigrammate scripsit.

Duobus *illis* Ptolemaei distichis delectatus ad meum arbitrium aliorumque tentaminum immemor carmen Graecum Latine hoc modo reddidi:

### PTOLEMAEI ASTRONOMI EPIGRAMMA «DE SE IPSO»

Me scio vitam hominis moribundi agere et brevis aevi.  
At ratione sequens astra vagasque vias  
Non jam tango solum pede, sed Jovis ipsius hospes  
Ambrosia repleor, quae juvat alma deos.

Romae.

EMIL ORTH.

## Epistolia soluta

H. D. C. (*Ad Aquas-Stas.*) Plura quaeris quam paucis tibi rescribere possum. 1.º Optimum loquendi genus Latinum alumni tui comparabunt scriptores classicos et legendo et imitando. 2.º Leges quae ab scriptoribus stili cultioris traduntur, et ad intimum classicorum sensum percipiendum et ad classicam perfectamque —quam vocant— institutionem obtinendam et ad facilem atque elegantem scribendi rationem ab alumnis conquirendam, maxime inserviunt. 3.º Orationis numerus, clausulae, concinnitas, ambitus, cet., sano judicio aptiora, quae cum re componuntur, seligenda sunt. 4.º Ii libelli Prof. Gandino a P. Basabe, S. J., interpretati [= *Temas Estilísticos*] optimi quidem sunt ad expoliatam scribendi rationem comparandam. Illa tamen themata saepius discipulis aptanda et explicanda sunt. Ceterum, valebis atque mandata recordaberis.

Prof. Dri. Aem. Orth (Romae). Libentissimo animo versionem tuam atque commentariolum in Ptolemaei astronomi epigramma edimus. Scitum sane atque mirifice a te interpretatum. Per carissimum Fratrem atque humanissimum P. Alexandrum ad te «*Lucretium*» mittendum curavi. Nova opuscula tua avide exspecto. Vale.

Moderatori eph. «*Sigueme*» (Salmanticae). Ephemeridem vestram nuper acceperimus atque libenter cum PALAESTRA nostra commutabimus. Alumni vestri nonne ad PALAESTRAM rursus accedent?

Fr. Patricio, (Calagurri). Dolemus sane superiorem PALAESTRAE fasciculum ad vos opportune non pervenisse. Quod quidem ex cursu postalii factum est, non Administratoris incuria qui vos in solvenda subnotatione segniores aestimaverit. Inter optimos subnotatores vos computamus.

189. εἰσε], lit. «asentó», le puso, armó una emboscada o asechanza (*λόγχον*); de la raíz \*sed- de donde ἔσθαι (\*σεδ- γοηται) lat. *sed-eo*.

191. δῆ], «ya», por fin; compuesto suyo es la partícula clásica ἦδη «ya». — γίγνωσκε], «llegó a conocer»; impf., porque se alude a todo el conjunto de trabajos y hazañas que le obligaron a reconocer la estirpe divina (*Θεοῦ γόνον*) de Belerofonte.

192. αὐτῷ], «allí mismo», en Licia; forma de adverbio más antigua y sin duda preferible αὐτόθι que da un dáctilo inicial. — θυγατέρα δῆ], métricamente, hay hay que leer θυγάτηρα δῆ = lat. *suam*.

193. τιμῆς], del honor o prerrogativas regias; Belerofonte participaba de los mismos honores y privilegios que su suegro el rey.

194. τέμενος]. El témenos (*τάμνω*) era el lote o porción de terreno, mitad viña o huerta, mitad tierras arables, que el pueblo (aquí Λύκιοι) separaba para el rey, y se transmitía de un rey a otro, sin confundirse con su patrimonio. — τέμενος τάμνον], ac. interno o figura etimológica.

199. ἀντίθεον], «divino» = ὃς ἀντὶ θεοῦ ἐστι, «equivalente a un dios»; cf.

180. Ἀραζόνας ἀντιανείρας. χαλκορυστήν], «de broncinea armadura»; χορυστής, «guerrero».

200. καὶ κεῖνος], «aún éste» que tan propicios tuvo antes a los dioses para realizar sus hazañas. — ἀπίγθετο], «se hizo aborrecible, odioso»; de ἀπέγθομαι (*ἴθος* «odio», *ἐγθόρος* etc.). El poeta no quiso contarnos la causa de tal aborrecimiento por parte de los inmortales.

201. καπ πεδίον] = κατὰ πεδίον; κάπ, πάρ, ἄν son formas normales en Homero y pertenecen al fondo eólico de la lengua épica; siguiendo consonante se da la asimilación como aquí y en Σ 24 χεύατο κακ κεφαλῆς; Σ 230 καὸ δὲ κάρητος. — Ἀλήιον π.]. Heródoto habla de una llanura de Aleyo en Cilicia (VI, 95); tal vez haya un juego de palabras entre Ἀλήιον π. y λάοματ, «andar errante».

202. πάτον ἀ. ἀ.], «hominum vestigia vitans», traducción de Cic. *Tusc.* 3, 26.

203. δὲ] = γάρ, «ut saepe apud Homerum» (van Leewen); δὲ indica una relación o dependencia de lo que se dice con lo anterior; el contexto determina qué clase de relación sea: causa, aposición, conjunción, etc. — ἀτος], «insaciable», contracción no primitiva, por ἀατος, de α neg. + \*σατος, emparentado con lat. *satis, satur, sat*.

205. χρυσήγιος], de riendas de oro»; epíteto de Artemisa, cuya razón no se ve clara; mejor conviene a Ares en δ 285, pues éste monta con frecuencia en su carro de guerra. — ἔκτα], «la mató»; la muerte repentina, como quien cae herido por una flecha, se atribuye a Artemisa o a Apolo, según se trate de mujeres o de hombres.

208. ἀτὲν ἀριστεύειν]. Verso hermoso que es como un lema caballeresco y cifra del ideal de la nobleza homérica; cf. W. JÄGER, *Paideia*, pág. 29. — ὑπειροχόον], «sobresaliente», distinguido; de ὑπέρ, ἔχω; la sucesión de cuatro breves, con-

traria al ritmo dañílico, obliga a la prolongación óπειρ- el mismo caso de πουλυβοτέρη en 213. Otros admiten el tribraquio (υυυ) en vez de el dátilo.

211. εὐχομα], «me glorío»; el noble se ufana de la larga serie de ascendentes ilustres y siente la obligación de no deshonrarlos (μῆδε γένος πατέρων αἰσχυνέμεν).

213. κατέπηξεν], «clavó en tierra»; de καταπήγνυμι, preverbio κατά con sentido de movimiento hacia abajo. Era especie de sacrilegio luchar con un huésped. — πουλυβοτέρη], «feraz»; lit. «que alimenta a muchos»; cf. βόσκω, βοτύρ.

214. μείλιχισι:], suple ἔπεισι: «con suaves palabras».

215. ὡς ἂν νῦ]. Tres partículas seguidas cada una con su matiz propio: ὡς afirmativa «en verdad», ἂν = ἄν, consecutiva «luego», resultado de lo dicho; νῦ = νῦν, «ahora», originariamente temporal, de donde pasa a consecutiva. — πατρότος], «de familia», hereditario, pues los vínculos de hospitalidad se transmitían de padres a hijos.

218. πόρον], «se dieron»; de aor. πορεῖν, «procurar, proporcionar», emparentado con πόρος, «paso» y πείρω, «atravesar». — ξεινήται], «regalo de hospedaje», regalo que se hacía al huésped; costumbre de que se burla el feroz Polifemo (l 375) al ofrecer a Ulises, como regalo de hospedaje, el comérselo el último.

220. ἀμφιώπειλιον], «de dos asas»; cf. A 584; se da otra interpretación: «vaso de doble cavidad», menos probable.

221. μιν] = δέπας. — ιών], «al venir» a Troya. Los verbos en tema de presente pueden significar que el vaso sigue en el palacio de Diómedes.

222. τυτθον], «pequeño». de tierna edad; τυτθός parece contener una reduplicación familiar.

223. κάλλιπε], «me dejó», al morir él en la desgraciada expedición contra Tebas. — λαὸς Ἀχαιῶν], «el ejército aqueo»; es alusión al ciclo de leyendas tebanas, que fueron objeto también de una epopeya, la *Tebaida*, y que tanto eco dejaron en la tragedia ática.

224. τῷ], «por lo cual», por lo tanto. — Ἀργει], dat. locativo sin preposición; cf. en cambio (225) ἐν Λοχίῃ.

225. τῶν δῆμον], construcción *ad sensum*, pues en Λοχίῃ se comprenden naturalmente οἱ Λόχιοι.

226. ἀλεύμεθα], «evitemos»; del grupo de ἀλεείνω etc. — καὶ δι'όμιλου], «aún entre la muchedumbre», cuando luchando grandes masas no es fácil distinguir a los guerreros.

227. ἔμοι], suple εἰσι, «hay», tengo. — κληγοί], «llamados», venidos en auxilio de Troya; de καλέω.

228. κτείνειν], inf. de consecuencia posible, el que la lengua clásica hace preceder de ὥστε: (Dios concedió al hombre) ὅφθαλμούς μὲν ὥσθ' ὥραν τὰ ὄφατά, ὥτα δε ὥστ' ἀκούειν τὰ ἀκούστα. (*Xen. Memor. A IV 5*). — πέρη]. El subjuntivo indica que la cosa es probable, algo posible; lo mismo en κιγκώ.

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.

# CALCEI NOVI

TERTIA. — Pergamus hinc per forum in  
*Vicum Sandaliarium.*

SEMPRONIA. — Nihil est cur hinc illuc  
devertamur.

TERTIA. — Licet vero illic multa videre:  
habitu cultuque insignes matronas,  
equites lectica vectos, clarissimos  
nostrae civitatis viros, tabernas et  
rebus et pueris ad negotiationem  
paratis instructas.

SEMPRONIA. — Eamus, dummodo ne ul-  
lum sumptum facias.

TERTIA. — Quid sibi vult illud in summo  
vico simulacrum?

SEMPRONIA. — Est signum Apollinis San-  
daliarii quod nomen ferunt duxisse a  
sandaliis, quae in hoc vico vendunt.  
Traditur ab Augusto positum, qui  
ut ait Suetonius, deorum simulacula  
mercari et vicatim dedicare solebat.

TERTIA. — Siste, sis, paululum ad hanc  
pergulam(1), ut videam hic tam scite  
ordinatas reculas. Papae! Lucilius  
calceolarius in chartula (2), quam in  
meditis calceis posuit, rubentibus lit-  
teris inscripsit: — «Omnia haec ve-  
neunt minoris quam alibi». Nec mi-  
rror, hercle, quod minoris vendat; is  
enim sutrinam facit cum filii, nec  
utitur mercennaris operis (3).

SEMPRONIA. — Noli esse tam facilis ad  
credendum, filia; vendet enim, cre-  
do, non pluris quam ceteri, sed mi-  
noris .. tantum in chartula.

TERTIA. — Mane, quaeso, aliquantulum...  
qui nitor! quae colorum concinni-  
tas! quae formarum varietas! Vide,  
edepol, ut rubent mulle! (4) ut ni-  
tent soci! cur illis adsuta lunula?

SEMPRONIA. — Quia calceus lunatus est  
patriciorum insigne, qui, ut ostend-  
erent se esse progenitos ex his  
centum, quos primos in Senatum  
allegit Romulus, parvam lunam in  
modum C litterae in calceis gestare  
consueverunt.

LUCILIUS. — Ne vos, hercle, pudeat huc

intrare; quin etiam dicite quid vo-  
bis opus sit.

SEMPRONIA. — Nihil, Lucili.

TERTIA. Sis bona mater: eme mihi no-  
vos calceolos.

SEMPRONIA. — Patribus tibi novos emi,  
item Saturnalibus, nec habes un-  
quam satis. Sit modus aliquando:  
nolo ego propter tuum istum effu-  
siorem cultum majores quam nos  
decet sumptus facere.

TERTIA. — At ego, nisi habeo calceolos  
novos, non revertor domum

LUCILIUS. — (*mulieribus obviam it*) Vo-  
bis sum oboediens.

SEMPRONIA. — (*filiae insusurrans in  
aurem*). Improbulam! petulantem!  
male moratam!

TERTIA. — Quanti est illud par calceolo-  
rum?

LUCILIUS. — Centum quadraginta quinque  
sestertiis.

SEMPRONIA. — Hui! Tanti? Multo pluris  
vendis quam ceteri.

LUCILIUS. — Quanti aestimas?

SEMPRONIA. — Non equidem pluris nona-  
ginta sestertiis.

LUCILIUS. — Tibi, edepol, nugari lubet,  
nulla enim est aluta nivea, concin-  
na, tenuiter confecta, quae Romae  
stet minoris. Hos vero hederaceos  
minoris vendo, quia, ut vides, ex  
corio crassiore facti et haud firmiter  
suti... Nec mirum est quod inter  
utrosque tantum pretium intersit.  
In pelle... in pelle, ut ajunt, est  
gratia et fortuna calceolorum; hinc  
varie deducitur pretium Nam est  
pellis Babylonica, pellis Trelliana,  
pellis Phoenicia, castorina, ursina,  
leopardina, leonina, pellis lupi cer-  
varii et vituli marini. At haec vitu-  
lina est tam levis, tam tenuis ut, si  
tetigeris tantum, non pelle, sed  
serica digitis putes attingere.

SEMPRONIA. — Quanti constant hedera-  
cei?

LUCILIUS. — Octoginta tantum, si vis.  
 SEMPRONIA. — Vide filia, num tibi sint  
     habiles.  
 TERTIA. — Quid? discalceata esse malo  
     quam hujus modi induere fucosam  
     alutam, cuius nec color nec forma  
     nec confectio mihi placet. Sinito illis  
     calceari rusticas. Saepe me taedet  
     prodire in publicum nam video  
     quam cultae sint aliae, et quam bel-  
     lis calceamentis utantur... at ego...  
     sordidula... neglecta... (*supplodens*  
     *pedem*)... nolo, nolo hos hedera-  
     ceos...  
 SEMPRONIA. — Qui tibi calceoli proben-  
     tur, dic, te amabo.  
 TERTIA. — Quidquid pulcrius et elegan-  
     tius venit in morem,  
 LUCILIUS. — Placentne nigri? lutei? cerei?  
     coccini?  
 TERTIA. — Coccini.  
 LUCILIUS. — Asside hic (*ei monstrat*  
     *scamnum*), ut pedis mensura fiat.  
     Attolle dextrum.. Huius hic est pu-  
     pulae pediculus, cui calceando par-  
     est aluta minutula..., haeretne bene  
     in pede?  
 TERTIA. — Haeret.  
 SEMPRONIA. — Vide ne pede minor sit,  
     soles enim ob tuam istam deminu-  
     ti pedis ostentationem non quidem  
     mollius, ut reris, sed paene claudic-  
     antis more ambulare.  
 TERTIA. — Hi vere sunt calci habiles et  
     apti ad pedes.  
 SEMPRONIA. — Fac videam, num res ita  
     se habeat... surge illico (*puella sur-*

*git*)... haeret bene? dolet pes? sub-  
     ter? supra? undique optime? consta  
     in digitos .. hinc abi illuc.. redi  
     huc .. sta uno in pede... te circuma-  
     ge.

LUCILIUS. — Vere scita et ornata! ut bellu-  
     la incedit! ut agilis se circumagit!...  
 SEMPRONIA. — Quantii?

LUCILIUS. — Centum nonaginta quinque  
     sestertiis.

TERTIA. — Tanti? Cedo, edepol, minoris;  
     si id nequeas, saltem cum ligulis et  
     cum stridore...

SEMPRONIA. — Nemo prohibet te induere  
     calceolos cum ligulis, at stridentes  
     ajo te neque innuptam neque nup-  
     tam, me viva, habituram. (*Calceo-*  
     *lario*)... accipe nummos... (*Filiae*)  
     abeamus hinc et revertamur dom-  
     num.

TERTIA. — (exiens) Cur non stridentes?

SEMPRONIA. — (vultu severo) Quia hunc  
     morem majores nostri non tradidie-  
     runt. Sinito stridentibus indutos ire  
     Graeculas; id est feminis Romanis  
     indignum. Sis bona filia, sis modes-  
     ta, neve te pudeat auscultare matrī.  
     Nam — et haec olim te meminisse  
     juvabit — modestiae fama ne summis  
     quidem mortalium sfernenda est et  
     a dis aestimatur. (*Tacitus*).  
 G. PASQUETI.\*

1. Vitrina. — 2. Cartel. — 3. Traba-  
     jador. — 4 Zapatos encarnados, lleva-  
     dos por algunos senadores.

\* Ex opere *Roma antica da vicino*,  
 Palerino Sandron.

## BIBLIOGRAPHIA

G. Thomsen, *Historia de la Lingüística*,  
 Prólogo, versión y epílogo de JAVIER  
 DE ECHAVE-SUSTAETA, p. 168. — Edit.  
 Labor, 1945. Ptas. 12.

Linguarum — seu linguisticae uti vo-  
     cant — scientia miros progressus fecit  
     atque in dies studiosius investigatur,  
     Deerat tamen historia hujus scientiae,

quam claro et adstricto sermone egre-  
     gius linguarum perscrutator G. Thom-  
     sen exaravit. In hoc parvo volumine ea  
     omnia referuntur quae sive a veteribus  
     sive a recentioribus de linguarum cogni-  
     tione tradita sunt: quid de sermone  
     Graeci quidque Romani senserint, quid  
     contulerit christianismus, medium ae-

vum, viri praeclaris in litterarum Renatu, ceteri; sed piae primis quantum nova disciplina proficerit atque evoluta sit opera et auctoritate fautorum novae linguae Rask, Schlegel, Bopp, Grimm, Curtius, ceterorumque.

Versio Hispanica accurata et lectu jucunda. Prologus et appendix complementum sunt illustre totius operis; Dominum Xaverium probe doctum, idoneum, versatum in his linguarum studiis luculenter ostendunt. Scriptorum sententias aequo judicio auctor excutit atque ponderat

**J. Guillén, Pbro.** — *Estilística Latina*, p. 244. La Editorial, Zaragoza. — Aspdo. Mtro Avila, Salamanca — Ptas 13

Saepius, benevole lector, qui litteris Latinis penitus incubuisti, librum forte desiderasti, qui paecepta de seligendis verbis, de eorum sensu, ordine, usu, de adhibendis recte verborum temporibus et numero singulari et plurali substantivorum, de sententiarum conjunctione, de periodo apte exstruendo, de numero ceterisque quam plurimis, quibus ornatur atque perficitur expolita oratio Latina, traderet atque doceret. Quod igitur saepius conquisisti in hoc pulcro atque elaborato libro inventes Praecepta clare, presse, distinete traduntur atque classicorum scriptorum exemplis explicitantur. Inter opuscula quae de *Stilística*, quam vocant, *Latina apud nos prodierunt*, hunc librum optimum censemus.

**J. Guillén, Pbro.**, *Clave del latín*, p. 160. La Editorial, Zaragoza — Aspirantando Mtro Avila, Salamanca. 8 Ptas.

«Latinitatis Clave» Dnus. Guillén aptissime hunc librum appellavit; in eo enim summa quaedam ac maximi momenti traduntur quae difficultates enō dent viamque Latinitatis studiosis sternant. Tres complectitur partes, quarum

prior phoneticam vocalium et consonantium evolutionem pertractat; altera suffixa enumerat atque explicat quibus verba derivantur, qua ratione composita effingantur, quae paefixa in vocabulis componendis usurpentur, quae denique vocalium mutations in illis compositis inducantur. Tertia vero pars radices atque primigenia derivata copiose continet. Iis in primis qui superioribus studiis initiantur opus peropportunum atque utile fore certo arbitramur.

JOS. M. TRISTANIUS, C. M. F.

**R. Menéndez Pidal**, *Cantar del Mi Cid*, vol II. *Vocabulario*. Espasa-Calpe, Madrid, 1945. 904 págs. 75 Ptas.

Meritissima sunt opera a clmo. Dno. Raimundo Menéndez Pidal conscripta, sed in his, quae ad Cidum Campiatorem spectant, certe eminent. Omnibus, qui historicis ac litterariis studiis impense incumbunt, gratissimum fore arbitramur *vocabularium poēmatis* Cidi prodisse. In eo omnes voces recensentur, variis sensus aferuntur atque cum aliis textibus, scriptoribus, chronicis conferuntur, loca dubia enucleantur, aliorum scriptorum sententiae et opinione proponuntur atque discutiuntur sano judicio; quae ad institutiones, mores, narrationes spectant, plurimis collatis locis, investigantur itemque vocabulorum etymologiae.<sup>1</sup> Quae sub quibusdam vocibus pertractantur absolutas dixeris elucubraciones ut in *Campeador*, *Carrión*, *escudo*, *espada*, *fijo dalgo*, cet.

Selectae photographiae, quae opus decorant, maximum paebeant ornementum atque claritatem in rebus superiорum aetatum cognoscendis.

Opus profecto impensisssimi est laboris, in quo egredit scriptoris studia litterarum patens, quibus inter paeclarissimos Hispaniae magistros ac philologos meruit computari. — Habent igitur Academiarum alumni unde Cidi Campiatoris scientiam hauriant, atque facilem viam qua difficultates solvant.

JOSÉPHUS M.<sup>a</sup> MIR, C. M. F.

<sup>1</sup> In voce después dees etymologia (= *de + ex + post*), Meyer Lübke et alii notationem *vocis Aun*, ad unum admittunt, quae forte aptior quibusdam videbitur quam *adhuc*; loco *rotatore in derredor*, nonne cum aliis proponi potest de retro?

# Varia ex commentariis

## PORRO, CUR

(*Emérita*, t. XII, 1.<sup>o</sup>, p. 84-106, A. PARIENTE)

Velius Longus (VII, 77, 9) asserit antiquiorem formam vocis *cur* fuisse *quor*: quam saepe numero Plautus adhibet; recentiores vero *cur* promanare a \**quōr* uti \**for* (gr. φόρ) > *fur* propugnant. Quorum sententia, scl. *quō-*, adverbium directionis, addito, suffixo -r (> *quōr*), admititi nequit: 1.<sup>o</sup> ex mutatione vocalium longarum ō>ū (*quōr* > *cūr*); 2.<sup>o</sup> -or devenire nequit -ur post -u-; 3.<sup>o</sup> in aliis linguis *quor* non invenitur.

Porro cum voce Graeca πόρρω aliqui linguistae concēidunt. Dnus. Pariente ex adverbii in -orsus, -orsum finitis (ut *aliorsum*, *deorsum*, cet.) explicat et *porro* et *cur* (*prorsum*, *quorsum*). En tibi evolutionem: -rs- in -ss- saepe mutantur, ut in \**prorsa* > \**prossa* > *prosa*, sic in *persum* > *pessum*; alias vero -rs- in -rr- commutantur: \**ferse* > *ferre*, sic erit et in \**prorsom* > \**prorrom*, \**quorsom* > *quorrom*. Litterae vero -m finalis ablato frequens ac manifesta est in inscriptionibus, sicut et mediae -r- \**prorro* > *porro* (cfr. in Plauto *te(r)goribus*, *ma(r)mor*, *inreb(r)scere*). -o finalem brevem fuisse (*porrō*) ex compositis praesertim probat.

At \**quorsom* > \**quorrom* \**quorro* utpote particula interrogativa —quae accentu carebat—, devenit \**quōrr-* uti \**porr-* in compositione *porr-icio*, *porr-igo*. Denique evolutio *quorr* in *corr* ac denique *cor* fit sicut in *quottidie* > *cottidie*, \**perquotio* > *percutio*, \**sequondos* > *secundus*.

## PEIOR, PESSUMUS, PESSUM

(*Emérita*, t. XII, 2.<sup>o</sup>, p. 336-350, A. PARIENTE)

Horum verborum etymologiae propositae, sunt: Pott *pessum* (\**ped-tom*) a radice *ped-* (*cadere*) deduxit, Corsen vero ab eadem radice *ped-* et *peior* < \**ped-iōr* et *pessimus* < *ped-somos* proposuit. Quam sententiam praestantissimi sequuntur viri Walde, Ernout Meillet, Sommer, Juret, cet. (Schulze tamen aliam proposuit vocis notationem a *perdo* promanantem: *pessimus* < \**perd somos* et *pessum* < \**perd-tom*). Phonetica evolutio erit \**ped-ios* > \**peiior* > *peior* (cfr. cum \**mag-ios*, \**maiior*, *māior*).

Objectiones adversus hanc etymologiam: 1.<sup>o</sup> radix *ped-* in eo «cadendi» sensu in lingua Latina non invenitur; 2.<sup>o</sup> comparativa et superlativa substantivum exigunt, nec ullum adest vestigium nominis \**pedus*, *pedum*. Neque huic sententiae semanticā suffragatur, tantum phonetica.

Dnus Pariente aliam sequitur viam. Per saepe sensum habet —quem *pejorativum* vocant—, sic in *perdo*, *pereo*, *perimo*, cet.; praeterea comparativa et superlativa invenies quae a praepositione vel adverbio promanant: *prior*, *primus* < \**primos*, *proprior*, *proximus* < *prope*, cet., et ideo *per* > \**per-ios* > *peior*, \**per-somos* > *pessimus*. Mutationes phoneticae nullam secum ferunt difficultatem. *Per* non tantum significationem *pejorativam* habet in compositis, sed in simplici quoque praeposi-

tione ut in *pessum* (Cfr. *pesum dare, ire*). *Pessum*, praeter sensum pejorativum, directionis quoque habet («multae per mare *pessum / subsedere urbes*», LUCR. 9, 589), quo cum adverbii in -*orsum*, -*orsus* finitis conicitur; -*orsum* amisit vocalem -o- in *alio rsum, retro-rsum*, sic etiam in *per-rsum* quod \**persom* > *pessum* devenit: hoc autem ex eo comprobatur quod -ss- postulant primigenia -rs-. Ergo *pessum* a \**persom* > \**persom* > *pessum*. Haec igitur argumentatio —quae per adstruit etymologiam vocis *pessum*—, est pariter fundamentum ejusdem etymologiae in *peior* et *pessimus*.

Jos. M.<sup>a</sup> TRISTANIUS, C. M. F.

## Compositiones vertendae

PRO ALUMNIS SUPERIORIBUS

- I. — El que lo quiera, que lo compre
- 1 Occurris quotiens, Luperce, nobis,  
«Vis mittam puerum» subinde dicas,  
«Cui tradas epigrammaton libellum  
Leatum quem tibi protinus remittam?»
- 5 Non est quod puerum, Luperce, vexes,  
Longum est, si velit ad Pirum venire,  
Et scalis habitu tribus, sed altis.  
Quod quaeris, propius petas licebit.  
Argi nempe soles subire letum:
- 10 Contra Caesaris est forum taberna  
Scriptis postibus hinc et inde totis,  
Omnes ut cito perlegas poetas.  
Illinc me pete. Nec roges Atrectum;  
Hoc nomen dominus gerit tabernae:
- 15 De primo dabit alterove nido  
Rasum pumice purpuraque cultum  
Denaris tibi quinque Martiale.
- \* Tanti non es\* ais? Sapis, Luperce.

NOTAS: 2. *puerum*, un esclavo, un criado. — 5. *non est quod...* *vexes*, no tienes que molestar, por qué molestar — 6. *Pirum* era un barrio situado junto al Quirinal — 7 *scalis .. tribus*, en un tercer piso 9. *Argi .. letum*: tmesis. El Argileto era un callejón situado entre la

Suburra y el Foro; en él había muchas librertas. — 10. *Caesaris... forum* = *Forum Julium*. — 11. *scriptis*, anuncios. — 13 *nec roges*: sin que se lo pidas, te lo ofrecerá, como última novedad; eso indica el *de primo alterove nido* (departamento) — 16. *pumice purpuraque*. En las ediciones de lujo, los cantos del papiro eran afinados con piedra pómez: las tiras de cuero (*lora*), que ligaban el rollo, y el estuche de pergaminio, en que se metía el volumen, solían teñirse de rojo. — 17 *denaris* = *denariis*. El denario valía 4 sestercios. Marcial fija el precio de sus libros entre 2 y 4 sestercios (XIII, 3). Aquí se trata evidentemente de una edición de lujo.

### 1. — Un sueño de Aníbal

Escribe Celio que Aníbal, después de la toma de Sagunto,<sup>1</sup> soñó que Júpiter lo llamaba<sup>2</sup> al consejo de los dioses: (y que) como hubiese acudido allí,<sup>3</sup> le mandó (el mismo) Júpiter declarar<sup>4</sup> la guerra a Italia y le asignó<sup>5</sup> como guía a uno (de los dioses) del consejo; (y que), sirviéndose de él,<sup>6</sup> comenzó a avanzar al frente de<sup>7</sup> un ejército; (y) que entonces aquel guía le ordenó<sup>8</sup> que no volviese la vista atrás.

NOTAS: 1. Tradúz. por *cum* y subjuntivo. — 2. Tradúz. por pasiva. soñar, *videri in somnis*. — 3. En la traducción puede omitirse lo que va entre paréntesis. — 4. constr. en subj. con *ut*. — 5. asignar como guía, *ducem alicui dare*. — 6. = sirviéndose del cual. — 7. al frente de, *cum*. — 8. ordenar, *praecipere*.

PRO ALUMNIS MEDIIS

\* I. — Un perfecto vividor

Habebat Lucullus villam prospectu et ambulatione pulcherrimam. Quo cum venisset Pompejus, id unum reprehendit quod ea habitatio esset quidem aestate peramoena, sed hieme minus commoda videretur; cui Lucullus: «Putasne, inquit, me minus sapere quam hirundines; quae, adveniente hieme, sedem commutant?» — Villarum magnificentiae respondebat epularum sumptus. Cum aliquando modica ei, utpote soli, cena esset posita, coquum graviter objurgavit: eique excusanti ac dicenti se non debuisse lautum parare convivium, quod nemo esset ad cenam invitatus: «Quid ais, in-

quit iratus Lucullus; an nesciebas Lucullum hodie cenaturum esse apud Lucullum?

NOTAS: *Reprehendere*, observar. — *sumptus* es sujeto de *respondebat*. — *excusare*, excusarse.

\* 1. — Un niño inconsolable

Viendo un caminante llorar a un niño, le preguntó: ¿Qué es lo que te pasa? Dime por qué lloras de esta manera. El niño respondió: Porque he perdido diez sestercios que me había dado mi madre. — Toma estos otros diez, replicó el viajero, y no llores más. Pero como el niño, recibidos los sestercios, llorara más todavía, el caminante le preguntó: «¿No estás contento con los diez sestercios que acabo de darte?». El niño, sorbiéndose las lágrimas, respondió: «Es que, si no hubiera perdido los diez primeros, tendría ahora veinte».

NOTAS: Caminante, *viator*. — perder, *amittere*. — tomar, *accipere*. — sorbirse las lágrimas: *acrius flere*. — es que... En la traducción puede prescindirse de este modismo.

---

IN MEMORIAM


*Luctuosum casum lectoribus nostris nuntiamus, adulescentem scriptorem eundemque probatum poētam ALOSIUM CANALS, C.M.F. præmatura morte Cervariae VI idus februarias occubuisse.*

R. I. P.

---

# CURIOSA ET JOCOSA

## 142. — CRUCIGRAMMA



*In transversum:* 1. Templum Atheniense, Minervae dicatum. — 2. Altaria, Lancea missilis: (*ablat.*) — Deus domesticus. Consonans sine sono. *Litteris versis:* frequenter videri potest tempore hiemali. — 4. Sed. Phaenomenon naturale: antiqui filium Aëris et Lunae narrabant. *Litterae ex manu.* — 5. *Lit. Vers.* Nota musicalis. Litus. Publius Gajus. — 6. *Lit. Vers.* Romanorum nummus. Condimentum *Lit. Vers.* Inachi et Argiae filia. — 7. Consonans. Adverbium quantitatis: Jam fere nomen habes. Consonans. — 8. Aegyptiorum deus. Veni. Nota musicalis olim usitata — 9. Nummus Romanus. Vocalis ter repetita. Usu venit in orat, interrogat. (*Lit. Vers.*) — 10. A militibus Romanis admodum usitata ad ludendum.

## 143. — PUERILIS LIBRI AMOR



AVIA: Perlege librum, sic fructus gustabis amoenos.

PUER: (*Fructum alloquens*). Paullo exi, libri fructibus atque fruar.

A. CANALS, C. M. F.  
Cervariae.

*Ad perpendiculum:* A. Prae oculis adest, si tamen legis. — B. Vomer (*plurale*). Sed. — C *Litterae ex arare:* Consonans. Vocalis. — D. Personale pronomen. (*acus.*) Flos in viridariis longe communior. Terminatio nominalis 2.æ declinationis. — E. Consonans. Nobilissimus *vates* — F. *Conjunctio. Condimentum* (*dat.*) Vocalis. — G. Mors. Consonans Consonans — H. In eo, veterum dictu. Musae cum diis habitabant. Unice. — J. XC.

**CHOCOLATES ORÚS - ZARAGOZA**

**LOS MEJORES DEL MUNDO**

Marca de la Casa: Escudo de la Virgen del Carmen

No busque otros. Los mejores del mundo

**CHOCOLATES ORÚS - ZARAGOZA**

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi